

Q. D. B. V.

DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA,  
PROPONENS

# PRÆPARATIONEM MEDICAMENTORUM.

MEDICO PRACTICO SCITU MAXIME  
NECESSARIAM,

QVAM

DIVINA ANNUENTE GRATIA,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,  
DOMINO

## PHILIPPO WILHELMO, S. R. I. COMITE DE BOINEBURG,

SACRÆ CÆSARÆ ATOVE REGIÆ CATHOLICÆ MAJESTATIS CONSILIARIO IN-  
TIMO ET CAMERARIO, NEC NON METROPOLITANARUM ECCLESIARUM MO-  
GUNTINÆ ET TREVIRENSIS CANONICO CAPITULARI SENIORE, ET RESPECTIVE  
SUPREMO CHORI-EPISCOPO; EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-  
GUNTINI CONSILIARIO INTIMO, AC CIVITATIS TERRITORIQVE  
ERFURTENSIS PRO-PRINCIPE;

AMPLISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU,  
SUB PRÆSIDIO

## DN. JOANNIS PHILIPPI EYSELII,

PHILOS. ET MEDICINÆ DOCTORIS, ANATOM. CHIRURG. ET BOTAN. PROFESS.  
PUBL. CELEBERRIMI, EJUSDEM FACULTATIS ASSESSORIS ORDINARII  
P. T. DECANI GRAVISSIMI, P. L. C.

### PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQVE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS  
RITE AC LEGITIME CONSEQVENDIS,

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SISTIT

## PHILIPPUS JACOBUS BACKMEISTERUS

STUTTGIARDIANO WÜRTEMBERGENSIS, PRACTICUS ULMENSIS,  
IN AUDITORIO MAJORI, COLLEGII MAJORIS, HORIS CONSUVETIS,  
AD DIEM XXVII. OCTOBR. ANNO MDCCXIV.



REVERENDISSIMO, PRÆNOBILI  
ET AMPLISSIMO

D O M I N O

DN. MODESTO,

CELEBERRIMI ET ANTIQVISSIMI CÆS. ANT.  
AUSTRIÆ MONASTERII WIBLINGENSIS ABBATI VI-  
GILANTISSIMO, SAC. CÆS. MAJ. CONSILIARIO, NEC  
NON CONGREGATIONIS BENEDICTINO-SVEVIÆ  
VISITATORI DIGNISSIMO, ETC.

DOMINO MEO PERQVAM GRATIOSO

DISSERTATIONEM HANC INAUGURALEM  
MEDICAM

*In*

Sui devotissimam commendationem

*Eâ, quâ par est, humillimâ animi submissione*

*consecrat*

P. J. BACKMEISTER.





## PROŒMIUM.

J. J.



*V*enadmodum in Philoſo-  
 phia canon eſt veriſſimus nec  
 ulla opus habet probatione:  
 Non entis nullæ dantur af-  
 fectiones; Ita quoque in  
 Medicamentorum præpara-  
 tione & applicatione parili modo verum imò  
 veriſſimum eſt, quod Medicus ſi non callet  
 Medicamentorum compoſitorum ingredientia,  
 ſalva conſcientia eadem præſcribere non poſſit,  
 ut taceam ingredientium correctionem, dele-  
 ctum atque bonitatem ſi ignoret; Maxime  
 itaque inter eſt ut Medicus cognitum habeat  
 modum præparandi, niſi Pharmacopœo velit  
 eſſe inferior, periclitatur ſi quidem in hoc pas-  
 ſu fama Medici, adeo, ut ratione inſcitæ,  
 modi



modi preparationis etiam à Ministris Phar-  
 macopejorum sæpius derideatur & pro igno-  
 rante habeatur. Multoties enim accidit, ut  
 si à Practico Empyrico præscribatur remedium,  
 cujus ingredientia & modum preparandi at-  
 que Enchireses ignorat, indicanti satisfacere  
 nequeat, neque verum usum & virtutem iis-  
 dem assignare. Non dicam, quomodo etiam  
 præparaciones Medicamentorum usualium à  
 celeberrimis Practicis præscriptæ sæpius non ri-  
 te intelligantur, adeo ut Apollo Vercellensis  
 tales commissos errores per plures descripserit,  
 ex quibus facile contingere potest, ut Medicus,  
 qui secundum indicantia indicatum remedium  
 præscribere debeat, quoad præparationem non  
 rite præparatum, semetipsum & egros fallat,  
 quid enim exinde aliud pronascitur, quam ut  
 talis Practicus multis modis suo fine frustretur.  
 Luce itaque Meridiana clarius est, quod ex tali  
 ignorantia Medicus facile possit se extricare,  
 si genuinam Medicamentorum ad minimum  
 officinalium perspectam habeat præparationem;  
 Hocce thema omnino meretur, ut loco Specimi-  
 nis Inauguralis proponatur Disquisitioni publicæ  
 Erudi-



*Eruditorum, nostris autem conatibus ut Divina Clementia annuat, ex imis cordis penetralibus eandem imploramus!*

THESIS I.



Ntequam vero hujus materiæ nobilissimæ tractationem suscipiamus, opus erit, ut vocum ambiguitatem removeamus, & de Præparationis nomine conveniamus. Sumitur autem hoc vocabulum diversimodè, nempe activè & passivè, non solum de Personis, Medico, ægro & adstantibus, qui debent se præparare aut instructi esse ad præstandum ea, quæ singulis competunt, verum quoque de rebus Medicis, morbis, vel etiam de causa aut materia morbifica & remediis. Præparatio materiæ peccantis sive humorum vitiosorum, consistit in dispositione per artem facta ad secretionem ab utilibus & vitalibus humoribus, & excretionem per loca convenientia, quando crassi humores fiunt fluxiles incisione, tenses incrassatione, lenti deterfione, mordaces attemperatione; Media seu medicamenta, quibus hæc præparatio producitur, vocantur præparantia. Strictè dicta præparata in officinis vocantur simplicia quædam Medicamenta, solida & duriora in tenuissimum pulverem, accedente aliqua aqua convenienti, trita & exsiccata; Hoc loco sumitur pro artificiosa elaboratione materiæ Medicæ. Die Zubereitung der Arzneyen.



Definitur itaque præparatio Medicamentorum, quod sit artificiosa elaboratio materiæ Medicæ, ut commodius & citius effectum suum exerere possit. Harum specierum præparationum species quam plurimas *Lib. I. Cap. XIV. Schröderus* juxta seriem alphabeticam descripsit: Videlicet *Acuere* seu *acuare* vel rem fortiolem reddere, vel stimulum eidem addere, *Amalgamare*: i. e. metalla per  $\frac{1}{2}$  vivæ admixtionem calcinare; *Calcinare*, id est in calcem redigere vel friabile reddere; *Candifare*, v. gr. in sacharo; *Cæmentare* i. e. stratificare, id est corpus metallicum cæmento stratificatim imposito, aliquamdiu igni exponere; *Circulare* id est Liquorem in digestionem collocare, ut volatilior ac spirituosior pars continuo elevari ac recidere possit, adeoque quasi circulum transeat, maturiorque evadat; *Clarificare*, talis præparatio fit aut per abumen ovorum, aut per digestionem, aut per filtrationem. *Coagulare*, quando aliquid evaporando inspissatur; *Cobobare*, id est liquorem destillatum materiæ in destillatorio residuæ, iterum reaffundere ac denuo destillare; *Colare*, id est per Colum trajicere; *Condire* dicuntur, quæ sacharo syrupisato calide imerguntur, usuique sic immersa reponuntur; *Conficere*, seu sacharo obducere ac incrustare; *Conquassare*, id est pistillo grosse tundere; *Conservare*, id est Conservam facere; *Coquere*, id est elixare; *Coquere in diplomate*, id est in Balneo Mariæ; *Cribrare*, id est per cribrum transmittere; *Crystallifare*



*sare*, id est in CrySTALLINAS formas reducere, & proprie in salium præparatione locum habet; *Decantare*, id est liquorem alicujus materiæ, per inclinationem effundere; *Decupelare*, idem est ac decantare; *Decrepitare* imprimis de  $\ominus$  communi & aliis dicitur, quæcum ad ignem sine fusione calcinantur, strepitum seu crepitum edunt; *Deliquium*, per deliquium solvere, id est rem solvendam in locum humidum collocare, ut per se in liquorem vertatur; *Dephlegmare*, id est Phlegma separare; *Despumare*, id est spumam demere; *Destillare*, id est liquorem vi caloris attenuatum in recipiens appositum prolectare; *Detonare*, quod cum flagratione & strepitu calcinatur; *Digerere*, id est blando calore fovere; *Disolvere*, id est aliquo accedente humore solvere; *Dispensare*, dicitur dispensari compositum, dum simplicia, quæ compositum ingrediuntur, seliguntur, & pro composito indè parando adaptantur; *Dulcorare* seu *edulcorare*: id est aqua calida calcinata abluuntur, unde  $\ominus$  contentum aquæ immiscetur; *Electuarisare* id est Electuarium conficere; *Evaporare*, id est liquorem calori exponere, ut exhalet humiditas; *Exaltare*, id est rei potentiam alterando augere; *Exacinare*, id est acinos eximere; *Excorticare*, id est cortices detrahere; *Exhalare*, idem quod evaporare; *Exprimere*, id est beneficio debiti liquoris proportionaliter affusi præcipuam elicere partem; *Fermentare*, propriè dicitur, res fermentari, quando evidenter in se resolvitur,



vitur, rarefcit & maturatur. *Filtrare*, fit benefici-  
 cio chartæ bibulæ vel panni Lanei; *Fixare*, id est  
 quod volatile est fixum reddere. *Fumare*, id est per  
 fumum Mercurii, vel Saturni calcinare, & folorum  
 est metallorum; *Fundere* idem est in Chymia, quod  
 liquare seu ad ignem liquefacere: proprieque de  
 falibus ac metallis dicitur; *Granulare*, id est in gra-  
 na reducere; *Hermetice claudere*, vel figillare, id  
 est vitrum fusione claudere; *Imbibere*, id est rem  
 humiditate per vices potare, seu liquore rem hu-  
 mectare. *Impastare*, id est miscere, ut fiat instar pa-  
 stæ seu massæ. *Impregnare*, idem ferme est, quod  
 imbibere. *Inaurare*, id est foliis auri obducere;  
*Incerare* idem est, quod imbibere; *Incidere*, inci-  
 duntur herbæ forcipe, duriora ut ligna, radices  
 duriores cortices cultro; *Incinerare*, id est combu-  
 rere & in cineres redigere; *Infundere*, id est ma-  
 teriam liquori immergere; *Insolare*, id est macera-  
 re, vel ☉is vel alio calore tepido. *Interpassare*, idem  
 est, quod intersuere, ne materia inclusa conglome-  
 retur in sacculis & fomentis ficcis; *Lævigare* id est  
 super porphyritico lapide in tenuissimum pulve-  
 rem seu alcohol redigere; *Lavare*, id est liquore  
 seu aqua abluere, ut res purgetur ab immunditie;  
*Limare*, id est Lima in scobem redigere, quam Li-  
 maturam vocant. *Liquare*, id est vi caloris fluidum  
 reddere; *Lutare*, id est oblinere vasa Luto, sive fit  
 vulgare, ex farina & aqua, sive compositum ex  
 calce & albumine ovorum, scobe Martis, farina



laterum, oleo lini; *Macerare* idem est, quod digere-  
 re; *Malaxare*, malaxari dicuntur Emplastra, dum in  
 massam subiguntur, sive id manu fiat, sive pila vel  
 simili instrumento; *Præcipitare*, præcipitari dicitur,  
 quod in liquore solutum incrassatumque ad fundum  
 secedit; *Preparare* Pharmacopæis denotat, rem mi-  
 nutissime lævigare, ac aqua aliqua cordiali imbue-  
 re; *Pulverisare* vel *pulverare*, id est, in pulverem re-  
 digere, sive terendo, sive levigando id fiat; *Puri-  
 ficare*, id est, à fordibus seu inquinamentis crassiori-  
 bus separare, fitque lavando, clarificando, filtrando,  
 digerendo. *Putrefacere* idem est, quod digerere; *Ra-  
 dere* fit aliquo instrumento acuto e. gr. cultello, vi-  
 tro, lima & similibus, quò res rasione subjecta in ra-  
 suram redigitur. *Rectificare*, id est denuo blando ca-  
 lore destillare, ut pars magis spirituosam ac volatilis  
 eliciatur, relicto Phlegmate in fundo; Rectifican-  
 tur aquæ stillatitiæ & spiritus; *Resinare*, idem est,  
 quod depurare, competitque potissimum sacharo;  
*Reverberare*, id est, rem aliquam vi flammæ cremare,  
 quæ infra ac supra illam ambiat; *Rotulare*, id est, ro-  
 tulas conficere. *Salificare*, id est, sal conficere; *Secare*  
 idem est, quod incidere; *Separare*, id est, res hetero-  
 geneas mixtas & confusas segregare, id est ☉ ab a-  
 qua; *Sigillare* hermetice, id est, vitrum fusione clau-  
 dere; *Stratificare* S. S. S. id est, stratum super stratum  
 facere, idem est, ac metallum laminatum, & pulveres  
 stratificando, alternatim struere; *Sublimare*, id est,  
 rem volatilem siccam in sublime elevare, ut seorsim



haberi possit; *Tabulare*, id est, tabulas vel morsulos conficere; *Zerere*, *conterere*, id est, pila contundere; *Torrere*, id est, in patella vel sartagine ferrea igni exposita, medicamenta continuo agitare, ut humiditas absumatur, uti fit Rhabarbarum tostum; *Trochiscare*, id est, Trochiscos facere; *Vitrificare*, id est, in vitrum redigere; *Volatilizare*, id est, volatile reddere. Tales & similes operationes & præparations Medicus omnino callere tenetur, præterea quoque requiritur, ut officinalia potiora sciat, v.gr. de aquis destillatis, oleis, spiritibus, spiritibus acidis, spiritibus urinosi & salibus fixis, salibus essentificatis & falsis, Tincturis & Essentiis, extractis, floribus & sublimatis, magisteriis & præcipitatis, fæculis ac præparatis, judicium ferre. Operæ itaque pretium erit, ut secundum ordinem tales præparations examinemus.

### THESIS III.

Quemadmodum in officinis supra bis centum numerantur aquæ, atque plurimæ ineptæ, supervacaneæ & inutiles censentur, quarum non nullæ magis ad amplificandum Pharmacopœæ ornatum, quam ægri usum comparatæ; Præterlabitur sæpius annus unus vel alter, quo nemo inter Medicos politiores nec quidem cogitat de aqua malvæ, Lapathi, Mercurialis, scrophulariæ, vermicularis &c. Imo longe fatius esset, si Pharmacopejus loco aquarum refrigerantium minus odoratarum, insipidarum, fatuarumque, aquam fontanam substituat aut potius destillatam tonitrualem, nivalem, rorem majalem, inter



inter ceteras, qui præstantiores eligere velit, paucissimis analepticis, sudoriferis, aperitivis, anodynis contentus esse poterit. In aquarum vero destillatione sæpius errores committi, toto die experimur. Committitur autem error in eo maximè, quod promiscuè quævis inodora recipiantur non modo ad destillationem aquarum simplicium sed & compositarum, cum tamen manifestum sit, nihil quicquam medicamentosæ virtutis ex ejusmodi materia per destillationem haberi posse; Quid enim quæso bolus Armena, terra sigillata & Lemnia, quando è Mariæ Balneo destillanda est Aqua cordialis frigid. Herc. Saxonix. contribuunt de virtutibus, cum nihil de iisdem ascendat. Idem judicium ferendum de margaritis, cornu cervi. off. de cord. cerv. atque lapid. Percarum, in aqua Carbunculi; quid hirundines in aqua Antapoplectica, quid vituli pulmones in antiphtifica; Vanum itaque esse censeo, ex animalibus parare aquas, & ex vivis adhuc pullis spiritum colligere velle vivificum, destillationem in balneo vaporoso instituendo, quasi verò spiritus ille vitalis hirundinum, picarum, turturum, cornicum, ciconiarum atque catellorum instar muscarum capi, aut à sale fixo quodam figi queat. Satius itaque erit, si saltem ea eligamus ex plantis, quæ magis volatilia & odorata sunt, talia autem tam diu destillanda, donec aqua deprehendatur insipida ac inodora, tunc enim cessandum ab operatione, & quidem ex vesica, ex qua



aqua destillatur, debet probè stanno obducta esse, ne aciduli halitus ascendentes arrodant cupreas particulas, quo facto plures particulae virides & ceruleae commiscuntur aquae, quae minimè in usum trahendae, ob vim emeticam, quas tales particulae secum vehunt, vid. *Zackenius*. Præterea non contemnendus erit labor, si quis aquam jam destillatam, altera tertiave vice reaffundere simili plantæ, rursusque abstrahere velit, siquidem & hoc pacto non parum ejus virtus exaltabitur. Qui curiosus est delicatiores aquas destillare, ei valde utile erit balneum vaporosum *Zwælfseri*, ita enim nec admisceri debet aqua communis, nec empyreuma metuendum est, prout in vulgari aquarum destillatione; hæcce qui non attendit Medicus vel intelligit, vix ac ne vix quidem suum scopum attingere potest in curatione, atque hæc est ratio, quod tales aquae minus dextre destillatae, & in misturis præscriptae, multoties vim vomitoriam possideant, uti in destillatione *Urticæ urentis* observamus.

THESIS IV.

Error non levis potest quoque committi à Practico, si ðorum præparationem & diversitatem ratione applicationis ignoret; officinalia ðo sunt duplicia aut proprie talia, alia improprie; Hujus generis sunt liquores varii per deliquium facti, uti est ðo Fri per deliquium, perlarum, coralliorum & lapidum cancrorum; Ast proprie talia non tantum ðo destillata sunt, sed & plura vel simpliciter expressa



pressa rebus aliis, adeoque composita. Expressa sunt  $\odot$  olivarum, lini, raparum, de baccis Been, Amygdalarum dulcium & amararum, nucl. persicor. nuc. jugland. & avellanarum, sem. papav. alb. hyoscyami, arill. fruct. alkekengi &c. circa quorum præparationem nihil aliud notandum venit, quam quod semina ista  $\odot$ osa, si haberi possint, recentissima, excorticata & contusa sub prælo fortiter exprimenda sint. Infusa quoque dantur  $\odot$ osa, e. gr. quod usitatissimum est,  $\odot$ o communi immergantur extrahenda. Sed hæc aut molliora sunt aut suaveolentia, uti flores hyperici, verbasci, liliorum alborum, rosarum, violarum, Keyri, menth, abrotan. chamomillæ, rutæ, atque tunc sufficit, si in vase clauso asserventur, cum affuso sufficienti oleo, aut etiam per aliquot dies radiis exponantur solaribus: Vel dura sunt ac minus odorata, quæ si coctionem non requirunt, tolerant tamen minore cum jactura virium. v. gr. Radic. aristoloch. rotund. gentian. atque capparum recte coquuntur in  $\odot$ o amygd. amararum ad parandum  $\odot$ o scorpionum compositum. Missis expressis oleis, ad  $\odot$ osa destillata progredimur, quæ tam ex regno vegetabili quam animali & minerali præparantur; In regno animali abundat  $\odot$ o Cera & mel, butyrum & pinguedo, nec eò destituuntur & cornua, dentes ac ossa reliqua; Longe major est  $\odot$ orum numerus è regno vegetabili in officinis ac ex aliis regnis, plurima enim sunt, quæ parantur è plantis fragrantioribus,



bus, nempe mentha, Lavendula, origano, majorana, thymo, serpillo, melissa, pulegio, salvia, chamomilla vulgari & Romana, ruta, rore marino, ac ex seminibus anisi, fœniculi, carv. baccis juniperi. N. M. Mace, caryophyllis, ex corticibus Citri & aurantiar. ex rad. Angelicæ, calam. aromat. Zedoar. lign. corylin. Rhodio, cinamomo, mastiche, olibano, therebintina. Ex regno minerali vix quicquam occurrit præter succinum verum talia  
 ☉ Nata sæpius adulterantur ☉ therebinth.

THESIS V.

Quemadmodum autem hæc concreta multum inter se differunt, ita quoque ex iisdem, ut ☉ præparentur, modus procedendi insigniter variat; Videlicet quæ durissima sunt, uti Cornu Cervi, Ebur, lign. corylin. &c. ea saltim fracta, retortæ committantur terreæ, & sic intra horas paucas, oleum expellitur omne, quod à reliquo destillato facillimè separatur, si modo in chartam bibulam simul infundatur, ut post transitum ejus, quod aquosum est, ☉ reservetur in filtro. Ista vero, quæ magis sulphurea sunt, uti succinum, cera, butyrum, mastiche, therebinthina &c. cum ignem nudum non tolerant, per retortam vitream ex arena destillari possunt; Interim tamen non tuto hoc modo proceditur in destillatione ☉ succini, si solitariè destilletur, si quidem succinum, si ignis parumper augeatur, vasa disjicit, mastiche verò, mel & butyrum &c. in spumam attolluntur, atque in vas recipiens facile effusa, irritum reddunt laborem;

Ita-



Itaque non male iis duplum aut etiam triplum arenæ vel salis addimus, ut ab admixtis quodammodo coerceretur eorundem impetus. Reliquæ vegetabilium partes exceptis resinis ad eundem modum dantur, quo aquæ solent. Præmissa nempe incisione vel contusione affunditur aqua satis copiosa, per noctem & ultra noctem, si lubet maceratur, cavendo tamen fermentationem, siquidem semper tantum decedit  $\text{O}$ , quantum accedit  $\text{O}$  tui ardentis. Quo largior autem affusa erit aqua, hoc felicius succedit operatio, hoc facilius evitari potest Empyrevma, præsertim si rite insimul refrigerium, nunquam negligendum, observetur. Dantur quoque varii modi præparandi  $\text{O}$ ia diversa, v. gr. ex lateribus seu philosophorum, dum fragmenta ignita laterum  $\text{O}$ o communi immergunt; qui tamen modus à permultis improbatur, eo, quod  $\text{O}$  talia quoad virtutem nativam destruantur potius quam conserventur, hujus  $\text{O}$ i in locum commode adhibetur  $\text{O}$  succini. Tales præparaciones diversas qui non callet, eæ sæpius Practicum facile seducere possunt, dum nempe loco olei cocti in clysteribus  $\text{O}$  datur nisi ad uncias duas præscribit, à quo postmodum subsequuta fuit inflammatio intestini coli & recti, imò ipsa mors, uti de his tragicis casibus permulta extant exempla funesta.

THESIS VI.

Spirituum ordine nunc sequuntur præparaciones  $\text{O}$  tuum ardentium, quorum tria in arte nostra



stra occurrunt genera, unum ardentium, alterum acidorum, tertium ☐osorum: spiritus tales fiunt communiter ex frumento, baccis juniperi, vini fæcibus, succis pomorum, partim per fermentationem, quæ non minus debet esse longa, alias avolat volatilis substantia & spiritus acquiritur Phlegmaticus, non spirituosus. Meliorem præparationem judicamus esse, si cochlearia similiaque antiscorbutica acria & aromatisata ☒entur cum vino vel spiritu vini, etenim quem addimus spiritum vini, dum abstrahitur, elevat secum unitque particulas concretorum acres, salinas ac oleosas, atque tum nihil aliud relinquitur in fundo, quam iners & exhaustum residuum, omni odore, sapore, ac facultate orbatum. Si quispiam rite operatus fuerit, unica rectificatio sufficere poterit, ut spiritum acquiras alcoholisatum, seu summe subtilem; Signum hujus rei erit, si injectus pulvis pyrius, accensa in cochleari quadam portione spiritus Vini, post hujus consumptionem simul conflagret, quando enim vel tantillum Phlegmatis spiritui admixtum est, frustra expectabis detonationem, siquidem aquosum istud à detonatione pulverem pyrium tuetur.

#### THESIS VII.

Materiam spirituum acidorum aptiorem non invenimus, quam in regno minerali. Præparantur vero ex sale, nitro, ☉o aut sulphure, & tales profecto sunt gratiores & efficaciores præ omnibus, quos vel vegetabilia, vel animalia subministrant,

v. gr.



v. gr. ex formicis, quando nempe ab his  $\Psi$  aliquo-  
 ties abstrahitur, tunc non ignobile aut ingratum de-  
 prenditur acidum, pro pure tamen acido haberi  
 nequit, ob affusi spiritus vini majorem quantita-  
 tem. Præ spiritibus ardentibus autem peculiari-  
 re habent acidi spiritus, quod in his phlegma semper  
 præcedat, cum in iis spiritum sequatur, ideoque  
 qui  $\Omega$  aceti  $\Omega$ are cupit, non nisi tum demum a-  
 cetum laudabile impetrabit, quando phlegmate ab-  
 stracto remotoq; guttæ acidæ in vas excipiens  $\Omega$ ant.  
 Modus  $\Omega$ andi spiritus acidos é mineralibus est se-  
 quens: sumantur v. gr. vel salis, vel nitri  $\mathbb{H}ij$ . his con-  
 tufis addatur ad evitandam fusionem triplum boli  
 com̄unis vel argillæ, quo additamento nō indiget  $\Theta$   
 propter copiosas, quas continet, particulas metallicas,  
 miscentur in forma pulveris, vel quod melius, fiant  
 exinde globuli ad magnitudinem eam, quam collum  
 retortæ terreæ admittit. Postquam exsiccati globu-  
 li, mittantur in retortam satis capacem, ita tamen  
 ut hujus dimidia pars aut ad minimum tertia relin-  
 quatur vacua, deinde in furno reverberii institua-  
 tur  $\Omega$ atio, in principio quidem igne lenissimo, do-  
 nec spiritus prodeant sub forma nebulæ candidæ  
 quidem é  $\Theta$  vel  $\Theta o$ , sed rubrarum é nitro.  
 Phlegma primum egreditur, continuatur  $\Omega$ atio eo-  
 usque, donec nebulæ paulatim cessent, nec una di-  
 es huic operi sufficit, sed ad tertiam usque vel quar-  
 tam ultro protrahitur labor. Spiritus  $\Phi$ ris ex accen-  
 so  $\Phi$ re sub campana colligitur, ast Pharmacopæi à  
 $\Omega$ atoribus istum emunt, licet sit adulteratus, potius  
 itaque loco hujus commendari potest  $\Omega$   $\Theta$ is vel  
 $\Theta$ li philosophicus.  $\Omega$  Onis in principio est insi-  
 pidus

C



pidus, postmodum austerus, & pessimum obtinet  
 saporem, si itaque hi spiritus aut nimis aquosi sint,  
 uti  $\Omega\Phi$  vel acetum destillatum, propterea opus  
 habent rectificatione ex retorta vitrea & igne arenæ.  
 Tales spiritus, cum sint nimis acres pro usu inter-  
 no, ideoque dulcificantur, atq; his quadruplum  $\Psi$  re-  
 ctificatissimi additur, digeritur aliquamdiu, ac  $\Omega$ atur  
 mixtura, & tunc paratus erit  $\Omega\Phi$  vel salis dulcis. De  
 hoc spiritu nitri, cum aliquando huncce præscribere  
 vellet quidam Medicus, Pharmacopæus respondit:  
 Se quidem  $\Omega\Phi$  non in officina sua possidere, ast  
 facile se huncce paraturum & edulcoraturum saccha-  
 ro candido albo. Qualis ergo noxa ægrotanti exinde  
 immineat, præsertim si Medicus Pharmacopæum in-  
 struere non possit, omnibus patescit.

#### THESIS IIX.

Spiritus urinosi & volatiles præparantur aptis-  
 simè ex animalibus; Horum alia recipiuntur inte-  
 gra, ut millepedes, lumbrici  $\nabla$ restres exsiccati, bu-  
 fones atque viperæ; Ex his vero aliisque destillan-  
 tur  $\Omega$  lumbricorum  $\nabla$ str. secundinæ, sanguinis  
 humani, & quidem si prius ad putrescendum sint  
 seposita; Ubi verò duriora, v. gr. Corn. Cerv.  
 Ebur  $\Omega$ are velis, comminuuntur ea, & frustula-  
 tim in retortam terream ad collum usque injiciun-  
 tur, postmodum in furno reverberii fiat destillatio  
 $\Delta$ e blando, & tunc ab inito phlegma, postea  $\circ$   
 prodibit cum  $\Theta$ volat. instar nivis parietibus reci-  
 pientis adhærescendo.  $\Omega$ tum  $\Theta$ aci  $\Omega$ andi modus  
 optimus est sequens. Si salis  $\Theta$ aci sumas  $\text{ss}$ .  $\Theta$ ri  
 extemporanei anaticam portionem, superfundatur  
 aquæ calidæ mensura  $\text{ij}$ . M. probe &  $\Omega$ a. Eodem  
 modo



modo Natur quoque  $\Omega$  fuliginis ex retorta vitrea  
 ex arena. Sic quoque ex facibus vini exsiccatas,  
 vel  $\Phi$ ro per additionem salis  $\Phi$ ri vel cinerum cla-  
 vellatorum  $\Omega$   $\square$ sus &  $\Theta$ vol. per retortam terream  
 $\Omega$ antur. Qui vulgo vendi solet  $\Omega$   $\Phi$ ri, non nisi  
 Phlegma est acidulum, ab Empyrevmate  $\odot$  foeten-  
 tis quodammodo tinctum, adeoque nullius valo-  
 ris, quâ conscientiam in Tinct Bezoardicæ præpa-  
 ratione tanquam genuinum ingrediens possit hic-  
 ce  $\Omega$  commisceri? atque ita quoque comparatum est  
 cum reliquis.

§. IX.

Salia fixa ea dicuntur salia, quæ nec in aëre nec  
 in igne avolant, pro more volatiliū, sed constan-  
 ter permanent, nisi in crucibulo nimium vexentur,  
 nam & hac ratione pondus eorum successive decre-  
 scit. In specie autem vox alcali ab initio dicta est  
 de sale ex herba Kali, nunc verò de omnibus dici-  
 tur, quæ ad modum illius ex plantis incineratis  
 fiunt, & abusive cuncta, quæ cum acido efferve-  
 scunt, vocantur alcalia, ita ut ad volatilia quoque  
 accommodetur. Ad salium præparationem maxi-  
 mè conveniunt amara illa vegetabilia, v. gr. ab-  
 sinth. centaur. min. card. ben. & aromatica, juni-  
 perus, rosmarinus, ruta, serpillum, & in genere  
 duriora & lignosa, uti genista, ononis &c. Mo-  
 dus procedendi sex absolvitur punctis: Primum  
 est, ut planta desiccetur: alterum ut comburatur in  
 cineres; tertium ut ex his affusa  $\nabla$  sal extrahatur;  
 Quartum ut transcoletur Lixivium; quintum, ut  
 per coctionem inspissetur ac desiccetur ad rema-  
 nentiam  $\Theta$ is; sextum ut hoc ipsum depuretur red-  
 daturque candidum.



THESIS. X.

Salia essentialia & falsa dantur & volatilia & fixa, & beneficio  $\Delta$  is fuere producta, volatilia quidem liberando ab acidarum,  $\odot$ osarum terrearumque consortio; fixa verò, eadem uniendo, eadem  $\ominus$ ia cum  $\odot$ osis terreisque particulis; Verum, quæ vocant salia essentialia, mediæ sunt naturæ, i. e. neque volatilia, neque omnino fixa, quippe quæ pro more  $\ominus$ ium volatilium nares feriunt atque avolant in aere libero, nec instar salium fixorum per ignem alkalifata sunt. Parantur autem talia salia essentialia ex herbis notabili sapore gaudentibus, nam minus sapida, cum parum salis abscondant, huic operi non sunt idonea. Modus parandi duplex est, alius sine  $\Delta$ e, alius cum igne. Sine igne fit  $\text{¶}$  vini, quando succus uvarum expressus, post fermentationem  $\ominus$  suum deponit, affigitque parietibus dolii, quo asservatur, ad quem modum è succo aliarum herbarum similia quoque salia essentialia fiunt, sed nimis diu durat & patientiam requirit talis operatio. Cum igne præparantur talia salia, quando nempe succus herbarum, v. gr. acetosæ clarificatus ad consistentiam mellis inspissatur, seponiturque in cella, donec  $\ominus$  concreascit in vitri fundo, & ab impuritate liberetur. Ad classẽ  $\ominus$ ium pertinet saccharum,  $\text{¶}$ .  $\odot$ . borra veneta &  $\ominus$  cum,  $\ominus$ . succini &c.

THESIS. XI.

Tincturæ, & Essentiæ promiscuè in officinis confunduntur, uti & Elixir & extracta, ita ut non sine tædio in eorundem differentiam inquirere liceat. Salvis aliorum judiciis statuerem, quod istæ solu-



solutiones & extractiones liquidæ, quæ colore gaudent suavi, rubicundo, cœruleo, aureo Tincturæ sint dicendæ; Quæ verò obscuritatem præ se ferunt minus gratam, instar Essent. Card. ben. Ess. fumar. succo & ris cū succo pomorū, appellarem Essentias. Elixir ab Essentia non discrepat, si quis tamen essentiam magis operose paratam, magisque compositam ita vocare velit, perinde nobis erit. Saltem Elixir proprietatis non sine difficultate mutabit nomen, quod hucusque sibi à nativitate quasi proprium possidet. Medicamentis hisce parandis materiæ diversæ dantur; Ex regno animali se se offert mel & castoreum, hujus Essentia elegantior fit, si castoreo minutim inciso spiritus vini affunditur vel ꝑrisatus, vel potius cum  $\Omega$   $\odot$   $\star$  aci acuatus, sumitur nempe ordinarie  $\zeta j$ . Castorei & de  $\vee \zeta iv$ . extrahitur tunc optime Tinctura Castorei, qui verò plus  $\vee$  affundunt nempe  $\zeta iix$ . uti non semel factum, quando castoreum extitit pretiosum, tunc Tinct. extendere conantur, & tales præparatores male consulunt conscientiæ suæ, quando deficit justa proportio castorei, & excedit quantitas menstrui, & hæc est causa, quare in rebus publicis, ubi plures Pharmacopæi officinas possident, in quibus unum idemque remedium nempe Tinct. Castorei, non uno eodemque modo paratur, quid aliud exinde evenire solet, nisi Practicus hoc noverit, quod in dosi facile error committatur aut dosis sit excedens, aut in efficiens; Mellis Tinct. ex melle inspissato in Balneo Mariæ ad evitandum empyreuma paratur, tunc enim prompte tingit spiritum frumenti aut juniperi rectificatum, aut etiam mellis proprium per fermentationem. De Mumia Essentia



tia quidam celebris Medicus dixit: Mumiam relin-  
quamus antropophagis; Splenem bovis lanionum  
canibus, siquidem horum essentiæ ranti non viden-  
tur. Longior est series in vegetabilium Tincturis  
ex flor. Bellid. Rosar. tunic. papav. rhæad. aquileg.  
&c. si modo cum phlegmate ☽li aut Clyffo †ii acu-  
ato immergantur; Quam primum itaque color est  
extractus, exprimantur flores, & loco eorum immit-  
tantur recentes, quo sæpius hoc fiat eò elegantio-  
rem obtinebis Tincturam. Ex regno minerali præ aliis  
eminet Tinct. ☉is; ast ô utinam aurum potabile ge-  
nuinum nostræ possiderent officinæ, verum ob defe-  
ctum adæquati menstrui philosophici, quid expe-  
ctandum? Nulla certe radicalis auri solutio in officinis pro-  
stat, multi quidem gloriantur, quod possideant, ast frustra;  
sed solummodo ☿ris ☉is est extractio. Tinct. Lunæ, quo  
elegantior eò peior, siquidem cæruleus color quem possidet,  
ab admixta oritur venere, nauseamque proinde ac vomitus  
mouet, pro more aliorum è cupro paratorum; mirum itaque  
est, quam ob rem locus ei adhuc in Pharmacopæis conceda-  
tur. Idem iudicium formandum de Tinct. ☿ris cærulea, quæ  
similiter nauseam & vomitus infert, melior iudicatur, si cum  
succo pomorum borsdorffianorum, vel Cydoniorum parata,  
vel ex floribus ☉★ci, si ☽ iisdem superfundatur, †ii Tinct.  
☿rum magis sapit quam †ium quæ ex scoriis reguli †ii præ-  
paratur. Tinct. corallor. cum nobiliori menstruo parata, du-  
bio procul excellentior est; vulgo notæ longe inferiores  
sunt, ac sæpe vix quidpiam de coralliis participant; Tinctura  
succini vel essentia ambre facile parabilis cum ☽ si paratur.

## THESIS XII.

Extracta conveniunt cum essentiis & Tincturis in hoc  
puncto, quod vis medicamentosa relictis heterogeneous  
beneficio menstrui convenientis extrahatur e concretis, in eo  
autem differunt, quod essentiæ vel Tincturæ liquorem illum,  
quo cum parantur, aut ex toto, aut ex parte servant commix-  
tum,



tum, cum è contra menstruum omne ab Extractis ita separetur, ut deposito fluore vel ad siccitatem totalem vel ad consistentiam saltem spissiore instar mellis reducantur. Ex Tincturis itaque & Essentiis extracta fiunt commode, si modo quæ cum  $\nabla$  parata sunt, è Balneo Mariæ  $\Omega$  entur, donec menstruum rursus abstractum sit; si vero  $\nabla$  solummodo adhibita sit ad extractionem, non opus est destillatione, cum nullum menstrui desiderium esse possit, sufficit ergo humiditatem evaporasse tantum ex aperto humilique vitro, ubi tamen notandum, non omnia indistincte, quæ extrahi possunt, sub specie Tincturarum vel essentiarum etiam præbere extractum laude dignum, v. gr. ex istis rebus, quæ sunt volatiles. Alia ratio est cum Extracto Opii, quod cum  $\dagger$  solvitur, filtratur & inspissatur, maximè verò improbatur iste modus, quando  $\Theta$   $\Phi$  ab eo abstrahitur & ferè comburitur, quam castrationem Opii vocat *Hoferus in suo Hercule Medico.*

### THESIS XIII.

Quod attinet sublimata, sciendum quod nonnulla sublimantur vel solitarie, alia cum additamento; è vegeabilibus sublimantur flores Benzoes; ex mineralibus  $\Delta$ , & magna copia flores suppeditat,  $\Delta$ ri verò  $\Theta$  commune aut  $\Phi$ um calcinatum debet admisceri, ad impediendam accensionem, cum moderamen ignis id unice præstet; Rejiciuntur hic flores  $\Delta$ ris cum myrrha, aloe & croco sublimati. Sublimatur  $\&$  dulcis, ex  $\&$ mati & vivi anatica portione, tertia vice repetatur hic labor.

### THESIS XIV.

Ad magisterii confectionem duo requiruntur, primum ut concretum solvatur à convenienti menstruo, alterum est ut ab eodem iterum liberetur, atque reducatur in pulverem. Menstrui vices sustinent potissimum acida, succus citri, acetum vini  $\Omega$ atum, vel quod concentratius est,  $\Omega$  viridis æris, item spiritus  $\Phi$ , salis aqua regis & similia; Præcipitatur autem soluti pulvis è menstruo, quando diluitur hoc ipsum per aquam copiosè affusam, vel ubi alteratur menstruum ab alcalibus, aut etiam fortioribus acidis, vel denique, cum per  $\Omega$ ationem aut calcinationem menstruum à soluto expellitur; Sumuntur duriores animalium partes, nempe cornua, dentes, ossa & ungulæ cum matre perlarum & margaritis



garitis, quæ promptè solvuntur ab aceto  $\Omega$  ato, vel  $\Omega$  viridis  
 æris. Si lubet, abstrahatur menstruum per destillationem, sin  
 minus instilletur  $\Omega$   $\Theta$  i aut  $\Theta$   $\Phi$  i, aut affundatur sufficiens  
 quantitas aquæ, tunc in fundum præcipitabitur magisteri-  
 um, à quo super natans liquor, per decantationem & filtra-  
 tionem separari potest, ut omnino deficcetur; Judico autem  
 quod talis præparatio sit destructoria; Sicuti enim neque,  
 magisterium succini habet prærogativam ullam præ succino  
 pulverisato, neque lac sulphuris præ floribus ejus, ita cariora  
 quidem sunt talia Magisteria, C. C. Eboris lapid.  $\Theta$  &c. &  
 nihilo horum meliora pulveribus. Idem sentiendum de ma-  
 gisterio coralliorum  $\Theta$  lis seu  $\Theta$  ro fulminante.

#### THESIS XV.

Denique quoque de ustis & fæculis aliquid dicendum,  
 sub ustorum nomine intelliguntur duo, cineres nempe &  
 quæ ad albedinem calcinata sunt. Ex vegetabilibus  $\Theta$  fixum  
 affervatur; Ex regno animali occurrunt cineres ciconiæ, pi-  
 cæ, corvi, noctuæ, leporis, erinacei & talpæ, ranarum can-  
 crorumque; Elegantiora vero sunt ossa calcinata, C. C. Ebur  
 &c. alia Philosophicè calcinantur, per decoctionem in  $\nabla$   
 simplici, De fæculis constat, quod exiguam virtutem possi-  
 deant, per experientiam si quidem constat, quod radix ari  
 & pœonia plus efficiant, quam earundem fæculæ.

#### THESIS XVI.

Ex his suppositis clarum erit, Medicum Practicum sal-  
 va conscientia Physicum ordinarium sese exhibere non posse,  
 multo minus visitationem rite instituere, neutiquam vero  
 ministros Pharmacopœorum examinare, qui non sufficienti  
 præparatione Medicamentorum in specie sit instructus, imò  
 pro Empyrico sit censendus, atque sic imponimus  
 nostræ Diputationi Inaugurali.

F I N E M.



*Nobilissimo atque Clarissimo*

**DN. BACKMEISTERO,**

MEDICINÆ DOCTORANDO,

PRO GRADU DOCTORALI DISPUTANTI

adclamat feliciter

**D. GEORGIUS CHRISTOPHORUS PETRI**  
ab Hartensfelß /

Sac. Pal. Cæs. Comes, Consiliarius & Archiater Electoralis  
Moguntinus, Consul primarius & Physicus Erffurtensis,  
Universitatis & Facultatis Medicæ Senior,  
P. P. & P. L. C.

**D**um studio Medico colophonem imponere  
tentas

*Ausibus adspirat letus Apollo tuis,*

*Qui conferre Tibi summos meditatur honores*

*In Medica insumtus quos meret Arte*

*labor:*

*Gargara quot segetes, quot habet Methymna*

*racemos*

*Æquore quot pisces, fronde teguntur aves*

*Tot Tibi fausta precor: sic, ut Podalirius*

*alter*

*Ægrorum præsens auxiliator eris:*

*Spondeo, si fueris supremo Numine fretus*

*Morborum felix depopulator eris.*

D

Quid



**Q**uid Medico proffit bona notio ritè parandi  
Artis Apollineæ medicamina, pharmaca  
quævis

Nosse quòd in praxi Medico sit mactè necesse,  
Omne cum fausto Medicam scandendo cathe-  
dram

**BACMEISTER NOSTER** propugnat lau-  
de perenni:

Tradidit hic doctè Chymicos, Medicosq, labores,  
Pæonii succi monstravit pocula promptè,  
Cunctas radices, herbas & cetera noscens;  
Ominor: hinc magni meritique sequentur  
honores

**DOCTORIS MEDICI, PHYSICIQVE,**  
& commoda quævis.

Hæc paucula longiori animi affectu,  
votoque omnigenæ prosperitatis  
prolixiori in sui memoriam Nobi-  
lissimo atque Experientissimo Dno  
**LICENTIATO BACMEISTERO**  
relinquere voluit

**HIERONYMUS Ludolf** / Phil.  
& Med. Doctor, Fac. Phil. Assessor  
Ordin. ac Prof. Publ. Mathem. n. n.  
Pract. Erff.